

ciua. Ier. XXXI, 34. Mich. VII, 19. *ab omni iniquitate nos redemit* Christus, Tit. II, 14. *ab omni iniquitate nos emundauit* DEUS, Ef. XXXVIII, 17. Ier. XXXIII, 8. Ezech. XVI, 63. C. XVlll, 22. C. XXXIII, 16. C. XXXVI, 25, 33. Hof. XIV, 3. 1 Ioh. I, 9. Omnia peccata nobis condonauit Col. II, 13. Ef. LIII, 6. siue sit peccatum *originale*, Psalm. LI, 7. Rom. V, 12. *siue actuale*. Eph. V, 11. Col. III, 9. 2 Pet. II, 8. siue *Voluntarium*, Num. XV, 30. Pf. LVIII, 3. siue *Involuntarium*. Act. III, 17. Gal. V, 17. siue *mixtum*. Rom. VII, 18. 22. 23. siue *commissionis*, 1 Ioh. III, 8. siue *omissionis*. Iac. IV, 17. siue *regnans*, Rom. VI, 12. 13. 17. siue *non-regnans* Gal. V, 24. siue *mortale*, Rom. VI, 16. siue *ueniale*. Iac. V, 15. siue sit *contra conscientiam*. Ioh. VIII, 9. siue *minus*. Pf. XIX, 14. 1 Tim. I, 13. siue *clamans*, Exod. XXII, 23. Iac. V, 4. siue *tolerantiae*, Act. XVII, 30. siue *intra*, siue *extra corpus*. 1 Cor. VI, 18. siue *grauius*, Ioh. XIX, 11. siue *leuius*. Iac. II, 10. siue *occultum*, Sap. XIV, 26. siue *manifestum*. 1 Tim. V, 24. siue *manens*, Ioh. IX, 41. siue *non manens*. Luc. VII, 47. siue *in Filium Hominis commissum*, Marc. III, 28. siue *in Spiritum Sanctum*, ψ. 29. Hoc enim et in dicto nostro ne-
tquam exclusum putamus, si modo peccator Sanguinem Christi fide firma apprehenderit. Equidem Christus verbis planissimis huic peccato in Spiritum Sanctum omnem remissionem adimit; Matth. XII, 31. 32. at vero hic accurate distinguendum est inter denegationem possibilis remissionis ex defectu gratiae diuinae; et ex huius peccati natura. Haec intelligitur apud Matthaeum, Marcum et Lucam, non vero illa. Ita Christus Matth. XII. de hoc peccato in utroque versu, inquit: *ἐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις non remittetur hominibus.* De peccatore vero in Spiritum S. Marc. III, 29. *ἐκ ἔχει ἀφεθῆναι εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἐνοχὸς ἐστὶν αἰωνίᾳ κτίσεως non habet remissionem in aeternum, sed obnoxius est aeterni Iudicii*, et Luc. XII, 10. *τῷ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημῆσαι ἐκ ἀφεθήσεται in Spiritum Sanctum blasphemanti non remittetur.*

§. XIX.

Ut tamen haec distincte percipiantur, atrocissimi huius peccati

cati